Nil quod occultum in homine quam cor et renes. ideo dicit ſcriptura. Scrutanſ corda
et reneſ deus. Lumbiſ luxuria deſignatur. ut in euangelio dominus. Sint lumbi ueſtri
precincti. Et in libro iob. Accinge ſicut uir lumboſ tuoſ. id eſt ut qui prius luxu
riam corruptioniſ uiceraſ. poſtmodum luxuriam elationiſ uinceaſ. Oſſa.
firmitaſ animae. ut in pſalmo. Omnia oſſa mea dicent. domine quis ſimilis tibi. Et in ma
la parte. ut in libro iob. Oſſa eius uelut fiſtulae eriſ. quae ſignificant fraudu
lenta conſilia miniſtrorum antichriſti. et principum malorum. de quibus pſalmiſta.
Deus diſſipabit oſſa eorum qui hominibus placent. Cartilago. quae oſſiſ ſpeciem habet. ſed oſſiſ for
titudinem non habet. ſignificat ad perpetranda mala quoſlibet debilioreſ. Adepſ.
pinguedo eſt diuinae gratiae. uel ſupernae ſatietaſ ſapientiae. ut in pſalmo. Sicut
adipe et pinguedine repleatur anima mea. In mala parte. ſignificanſ craſſitudinem maliciae.
ut pſalmiſta. Adipem ſuum concluſerunt. Medullae quae interioreſ ſunt ipſiſ oſſibus.
et nichil interius medulliſ noſtriſ habemuſ. exprimunt in nobis infuſionem ca
ritatiſ. deuotioniſ et compunctioniſ. Hinc pſalmiſta. Holocauſta me
dullata offeram tibi. id eſt caritate ac beniuolentia inpinguata. Pelliſ. ſignum
mortalitatiſ. ut in geneſi. Fecit eiſ deus tunicaſ pelliceaſ. Cutiſ. ſignificat
illoſ. qui ſoliſ exterioribus intenti. interius marceſcunt. Pili ſunt uitae ueteriſ co
gitationeſ. quaſ ſic a mente inciderimus. ut de amiſſione eorum nullo dolore
fatigemur. Unde per moyſen precipitur. ut leuitae radant omnes piloſ carniſ
ſuae. quia iſ qui in obſequiiſ diuiniſ aſſumitur. debet ante dei oculoſ a cunctiſ
carniſ cogitationibus mundus apparere. ne illicitaſ cogitationeſ
menſ proferat. et pulchram animae ſpeciem quaſi piliſ fructificantibus defor
mem reddat. Caro in ſacra ſcriptura aliter dicitur iuxta naturam. atque aliter
iuxta culpam. uel corruptionem. Iuxta naturam. ut ſcriptum eſt. Hoc nunc
oſ ex oſſibus meiſ. et caro de carne mea. Et ibi. Verbum caro factum eſt. et
habitauit in nobis. Unde et apoſtoluſ diſcipulis. Uoſ autem non eſtiſ in carne. ſed in ſpiritu.
Neque enim in carne non erant. quibus epiſtolaſ mittebat. ſed quia paſſioneſ
carnalium deſideriorum uicerant. ideo in carne non erant. Caro uero iux
ta culpam. ut ſcriptum eſt. Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtiſ. quia ca
ro ſunt. Hinc et apoſtoluſ. Caro et ſanguiſ regnum dei non poſſidebunt. id eſt cor
ruptio et peccatum. Natura utique ſecundum eiuſdem apoſtoli fidem caro iſta reſur
get. et ipſa merebitur incorruptionem. dicente ipſo. Oportet cor
ruptibile hoc induere incorruptionem. et mortale hoc induere
inmortalitatem. Sanguiniſ nomine intelligitur in bonam partem. ut

Licenza: CC-BY-NC – Engelberg, Stiftsbibliothek, Cod. 49, f. 98v – Sancti Hieronymi Hebraicarum Quaestiones (http://www.e-codices.ch/it/bke/0049/98v)